

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johannes Vorst Johannes Caspar Docemius

## An Logica Sive Dialectica In Philosophiae Partibus Sit Numeranda

Rostochii: Richelius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730154335>

Druck Freier  Zugang



R U phil 1653  
Joh. Vorstius  
Joh. Caspar Docemius



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730154335/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730154335/phys_0002)

DFG

ΣΥΝ ΘΕΩ.

49

AN LOGICA SI-  
VE DIALECTICA IN  
PHILOSOPHIÆ PARTIBUS  
SIT NUMERANDA,

CONSIDERATUM,  
ET

IN ILL. ACADEMIA ROSTOCHIENSI  
PLACIDÆ VENTILATIONI SUB-  
JECTUM,

A  
PRÆSIDE  
M. JOH. VORSTIO,

ET  
RESPONDENTE  
JOH. CASPARE DOCEMIO,  
HAMBURGENSI,

DIE XXVI. FEBRUARII.



ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.  
ANNO M. D C. LIII.

Excell. et q.  
entur. v.  
ioeli l.  
Lotto  
Dost.  
Ant. Gr.  
mittit

ИАОНГОДИАСИ

THE DOCUMENTS OF THE  
PAPAL STATES

在於1921年1月23日

ANITA RESL 12/200

1

1888-1900 T. B. C. & CO. - 344 MONTGOMERY ST., SAN FRANCISCO.

CHURCH

ОГЛАШЕНИЯ

卷之三

國立故宮博物院圖書館

ANNE BEECHAM FIVE POUNDS

ИМЕНИ



**C**onstat inter omnes, Logicam sive Dialecticam, nobilissimam istam disciplinam, inter Philosophiae partes vulgo haud numerari, sed ex istorum partium numero excludi prorsus.

Qvod cum indignum in modum fieri nos arbitremur, placet in praesentiâ eâ de re dispicere, atq; an satis habeant causæ qui vulgo id faciunt, exquirendum proponere.

II. Quid illud sit, cuius dignitatem asserere meditamus, auditio Logicæ & Dialecticæ nomine obscurum, credo, esse non potest. Ut tamen breviter dicam, intelligo istam doctrinam, per quam apti sumus ad judicandum de quibuscumque tum notionibus, tum enunciationibus, tum denique rationicationibus: per quam item apti sumus ad has ipsas res formandas. Porro vero, ut tam nobilem disciplinam ex Philosophiae partibus haud excludendam esse ostendamus, disciendum quoque ante omnia est, quid Philosophiae nomine veniat. Est id vocabuli natione Graecum. Postea vero Latinâ quoque, civitate donatum. Notum est ex Diogene Laertio, &c aliunde quoque antiquum Philosophum Pythagoram se noluisse οὐ φίλον dici, nec οὐ φίλων sibi tribuere sustinuisse. Scilicet quod crederet ista nomina augustiora esse, quam ut homini competere possent, maluit se φιλόσοφον dici, hoc est, amatorem sapientiae, sibiique attribui modo φιλόσοφων, hoc est amorem sapientiae, vel ut Cicero interpretatur, studium sapientiae. Quamvis autem hæc sit vera origo & significatio vocum, factum tamen est, ut eadem illa vocabula significant postea non amatorem & amorem sapientiae, sed ipsum sapientem, & ipsam sapientiam. Multum sane discrepant amor sapientiae & ipsa sapientia: itemque amatorem sapientiae & sapiens. Nihilo tamen secius vox ista, quæ si originem spectes, amatorem sapientiae significat, significare cœpit ipsum sapientem. Cujus rei hæc occasio fuit, quod qui se φιλόσοφος dicerent, sapientes revera essent. Sic & Latina vox prima-

ceps, cum initio significaret modò aliquem inter quosdam primum & primarium, significare deinde cœpit tales quem Latini alio vocabulo Regem dicunt. Octavius Augustus, cum revera Rex esset, noluit tamen se isto nomine appellari, sed potius se principem dici voluit; quæ vox aliud quippiam tum sonabat. Cum verò istoc nomine ipse, ejusq; successores vulgo dicerentur, iidemq; revera Reges essent: factum fuit, ut qui Principem nominaret, is Regem intelligeret, hoc est, qui pro lubitū in Rep. præscriberet, & summam rerum unus ac solus teneret.

III. Cæterum de vocibus Φιλόσοφος & Φιλόσοφα adhuc sciendum est, non solere illis comprehendendi omnia ista quæ vocibus οὐφός & οὐφία significantur. Græci artificem quoque, statuarium ex gr. pictorem, solebant οὐφόν appellare: Φιλόσοφον autem dixerunt non item. Apparet tamen ipsis illis vocibus non unam quantam scientiam sive cognitionem, non unum quendam simplicem habitum, sed valde multas comprehendendi: & tales quidem quæ præcipue sunt nobiles. Nec melius intelligi potest, quæ quantaque comprehendat vox Philosophia, quam si ad usum ejus vocis qui antiquitus fuit, attendamus.

IV. Aristoteles in lib. II. Metaph. c. I. ita habet: Ορθῶς δὲ ἔχει τὸ καλέσαι τὴν Φιλόσοφίαν Πτερίγμην τὸ ἀληθέα. Θεωρητικῆς τὸ τέλον ἀληθεῖα, πρακτικῆς δὲ ἔργον. Rectè autem se habet, philosophiam scientiam veritatis appellare. Speculativa enim finis veritas: practica autem opus est. His verbis Phisophorus primo philosophiam rectè appellari dicit scientiam veritatis sive veri. Quæ tamen verba non sunt pro definitione habenda. Ita enim quævis scientia veri, levissima quoque, nomine Philosophia comprehendenda foret. Verum est philosophiam esse scientiam veritatis, vel potius, esse magnam scientiarum complexionem. Ut tamen sciat, quænam scientiæ hic intelligentur, addendum aliquid fuit. Nos dicamus, philosophiam esse magnam scientiarum præcipuum & excellentissimarum complexionem. Quid verò Aristoteles sibi voluerit, id ex ceteris ejus verbis, quæ mox addidit, intelligi potest. Dicit quidem, θεωρητικῆς Φιλόσοφος speculativa philosophia si-

nene

nem esse veritatem: περὶ τῆς ἀκτινὸς ἀκτινέων ἐνεργείαν εἶναι ὄπος. Νimirum  
jam apparet, Philosophum magnam istam scientiarum complexi-  
onem in duas partes tribuere: qvarum una dici possit θεωρητική,  
altera περὶ τῆς ἀκτινὸς. Sed istis quoque partibus valde multa adhuc  
comprehenduntur. Ergo videamus amplius.

V. In lib. V. Metaphys. cap. I. numerat Philosophus τρεῖς  
Φιλοσοφίας θεωρητικές, ταῦτα τριῶν, Φυσική, Θεολογία, τρεῖς  
Philosophias contemplativas sive speculativas, Mathematicam, Physicam  
& Theologiam. Qvōd autem tres philosophias contemplativas esse  
dicit, eo intelligit tres philosophiae contemplativae partes: atque  
sic partes illas appellat eodem nomine quo ipsum totum appellatur.  
Qvōd quidem non aliter sit, qvām nos quoq; vulgo cum eo-  
dem Aristotele Philosophiam in speculativam & activam dividim-  
us. Cum enim dicere deberemus, inter philosophiae partes ali-  
am esse speculativam, aliam activam, pro eo dicere solemus, phi-  
losophiam esse vel speculativam vel practicam sive activam.

VI. Caterum tres istae philosophiae speculativae partes ita  
inter se discernuntur ab Aristotele, ut Physica sit τὰ ἀκτινέα  
μὲν, ἀλλ' οὐκ ἀκίνητα, circa inseparabilia quidem, sed non immobilia:  
Mathematicæ verò nonnulla sint, τὰ ἀκίνητα μὲν, τοῦ χωρίου δὲ  
τὸ σώμα, ἀλλ' ὡς ἐν ὑλῇ, circa immobilia quidē, non a. separabilia fūrūtis,  
sedut in materiā: Theologia deniq; sit καὶ τὰ ἀκτινέα καὶ ἀκίνητα,  
circa inseparabilia & immobilia. Eundem in modum de tribus Phi-  
losophia theoretiča partibus differit Philosophus in aliis quoq;  
locis. In lib. XI. Metaph. c. 6. cum de tribus istis partibus, ea-  
rumq; objectis nonnihil differuerisset, subdit deinde: Patet igitur  
tria esse genera speculativarum scientiarum, Physicam, Mathematicam  
& Theologiam. Et optimum quidem est scientiarum speculativarum  
genus. Inter has ipsas verò optima est, qua postremo dicta est. Etenim  
illa τὰ τητάνων τὸ ὅν τοιούτοιο circa omnium entium excellentissimum est.  
Ibidem quoq; eam scientiam qvam postremo loco posuit, vocat  
Φιλοσοφίαν περὶ τῆς ἀκτινός, scientiā primā, ut & alibi sapissime: it. Φιλοσοφί-  
αν περὶ τῆς ἀκτινός philosophiam primam, propterea qvōd ea versetur τὰ

περὶ τὸν ὄντα circaens quod omnium primum est. Physica igitur erit Philosophia καὶ Φιλοσόφης δευτέρη philosophia & scientia secunda: & Mathematica deniq; erit τρίτη tercia.

VII. Apparet ita, qvānam illa sint, qvā Philosophus ad magnam istam philosophiæ partem refert, qvam Γεωγήνιον vocat, relata velit. Inter ea verò Logica sive Dialectica non appetit. Videamus & dealterà magnâ parte: qvam in prædicto loco περὶ τὸν ὄντα vocat. Ad hanc vulgo nihil qvicqvam pertinere putant præter Ethicam, Politicam & Oeconomicam. Nos verò contendimus, Philosophum huc & alia qvādam relata voluisse. Sine dubio sanè τὸν ἵπτειν λόγον medendi quoq; artem, qvam toties pro exemplo posuit, huc pertinere putavit. Sed dicat qvis, vix posse id ita credi: propterea qvōd Philosophus τὸν ἵπτειν λόγον semper vocat ποιητικὰ effectivam, atq; ita à scientiis τὸν περὶ τὸν ὄντα activis, eam discernat. Sanè verum id est, Philosophum discernere solere Φιλοσόφους τὰς Γεωγήνιας, scientias speculativas sive contemplativas, & τὰς περὶ τὸν ὄντα activas, & τὰς ποιητικὰ effectivas. Vide modò lib. V. Metaphys. c. 2. & XI. cap. 6. Eandem divisionem Platoni qvoq; tribuit Diogenes Laertius. Sic & Διάγονος Philosophus distinguit in Γεωγήνιον, τὰς ποιητικὰ. Vide lib. VI. Eth. c. 2. & lib. V. Metaphys. cap. 1. Per Διάγονον autem nihil aliud in ipsis locis intelligit, qvām qvōd alibi dixit Φιλοσόφους. Illud qvoq; verum est, τὸν ἵπτειν λόγον artem medendi ab Aristotele solere referri ad Φιλοσόφους τὰς ποιητικὰ. Subinde ille dicit, τὸν ἵπτειν λόγον esse scientiam τὸν ὄντα ποιητικὰ sanitatem efficiendi. Vide lib. VI. Top. cap. 5. Sic & in lib. V. Top. c. 7. dicit, τὸν ἵπτειν λόγον τὸν ὄντα ποιητικὸν ὑγίειαν, medicum esse effectivum sanitatis: item ὄμοιως ἔχειν τὸν ὄντα ποιητικὸν τὸν ὄντα ποιητικὸν, καὶ τὸν ὄντα ποιητικὸν τὸν ὄντα ποιητικὸν similiter se habere architectum ad efficiendam domum, & medicum ad efficiendam sanitatem.

VIII. Qvamvis igitur ista sic se habeant, hoc est, qvamvis ars medica ab Aristotele ad scientias ποιητικὰ referatur: oportet tamen eandem artem ad eam partem Philosophiæ, qvam Philosophus

phus περὶ τὴν φιλοσοφίαν appellavit, referre. Si n. ad hanc partem non referatur, ad philosophiam referri prorsus non poterit. Sed referenda sine dubio est ad philosophiam. Qvamobré ad περὶ τὴν φιλοσοφίαν eam referri oportet. Et statuendum jam igitur, Aristotelem, cum Philosophiam in θεωρίᾳ τῆς περὶ τὴν φιλοσοφίαν divisit, vocem περὶ τὴν φιλοσοφίαν non tam strictè usurpare, qvam alibi solet, sed verò tam latè, ut Philosophia περὶ τὴν φιλοσοφίαν comprehendere qvoq; possit περὶ τὴν φιλοσοφίαν. Non sanè novum est, Philosophum una eademq; vocabula modò latiùs, modò strictiùs usurpare. Vocabulum περὶ τὴν φιλοσοφίαν autem non raro tam latè usurpat, ut & brutis illud tribuat.

I X. Contrà v. τὸν περὶ τὴν φιλοσοφίαν qvoq; tam latè nonnunquam dicit, ut τὸν περὶ τὴν φιλοσοφίαν simul comprehendat. Cujus rei manifestum exemplum est in lib. I. Eth. Eudem. cap. 5. ὃ ἐπὶ τῷ περὶ τὴν φιλοσοφίαν inquit, ἐπεγνώσθη τὸν περὶ τὴν φιλοσοφίαν νόμον τοῦτον. οἶος δέ τις μὲν ἴατρος, Λυκίας ἐπὶ τῷ πολιτικῷ. Effectivarum scientiarum alias finis est, quam scientia & cognitio. Ex gr. artis medicinae finis est sanitas: politica autem bona legum constitutio. Vides hic τὸν πολιτικὸν Politicā, qvam sine controversiâ Philosophus ad Περὶ τὴν φιλοσοφίαν τὰς περὶ τὴν φιλοσοφίαν, relatam vult, manifestè annumerari τῷ πολιτικῷ. Et sanè in isto proximo loco Philosophus non nisi duo scientiarum genera numerat, θεωρήσιν sc. & πολιτικόν; cum tamen alibi numeret tria, & τὰς περὶ τὴν φιλοσοφίαν superaddat. Nec aliter in secundo Eudem. cap. II. Philosophus facit.

X. Qvemadmodum ad practicam Philosophiam referenda est ars medica: ita & ad eandem referri potest Logica sive Dialectica. Est sanè hæc ipsa inter scientias illas qvas Aristoteles partim πολιτικός, partim περὶ τὴν φιλοσοφίαν: qvandoq; verò uno nomine πολιτικός appellat. In prædicto lib. I. Ethic. Eud. c. 5. distinguit Philosophus scientias in τὰς θεωρήσιν & τὰς πολιτικάς, deq; utramq; differentiâ clarissimè loquitur. Adscribam qvædam ejus verba: τέτοιον δέ τι μὲν τὸν Περὶ τὴν φιλοσοφίαν Καμβάϊδ τὴν θεωρήσιν, Hoc autem fit in scientiis contemplativis, (ut tantum qværatur, quid sit;

non

non verò quomodo aliquid sit faciendum, & ex quibus) Non enim aliud nec Astrologia, nec Physica, nec Geometria officium est, τῷ λόγῳ γνωστική δερησσα τῶν Φύσιν τὴν πειραμάτων τὸ ἀποτελέσθαι τὸ Πρᾶγμα, quam scire & contemplari naturam rerum ipsis subjectarum. Τῶν δὲ ποιητικῶν θεωρηῶν ἐπειγοῦ τὸ τέλος δὲ ἐπισήμων γνώσεως. Verum effectivarum scientiarum præter scientiam & cognitionem alius finis est: ut medicæ artis sanitas, Politicæ bona leges. Cum igitur Logica quoque præter τὸ scire alius quidam finis sit, nimirum τὸ ποιεῖν, ipsa quoque erit ἐπισήμη ποιητικὴ, scientia factiva sive activa.

XI. Sed quid per Logicam scimus facere? Scimus per eam  
ποιεῖν. Συλλογισμὸς facere syllogismos, ut ipse Philosophus loqui-  
tur lib. I. prior. Anal. c. 27. & 28. lib. II. pr. Anal. c. 8. lib. XI. Me-  
taph. c. 5. Scimus item per Logicam ποιεῖν ἐπαγγελτὸν, διπόδειξιν,  
διπορφασιν, περιπορφασιν, διπορφασιν, facere inductionem, demonstratio-  
nem, enunciationem, affirmationem, negationem, & multa id genus a-  
lia. Scilicet quemadmodum per Ethicam non tantum scimus,  
quid sit hæc vel illa virtus, sed etiam quomodo secundū virtutē sit  
agendum: ita quoque per Logicam non tantum scimus, quid sit syl-  
logismus, quid induc̄tio, quid enunciatio, quid enunciatio uni-  
versalis, sed etiam quomodo syllogismus, induc̄tio, enunciatio  
sint facienda.

XII. Sed dices, qvamvis satis jam pateat, Logicam ex mente Aristotelis esse *ētīsīmūlū mīntīnū* scientiam factivam sive aliquid faciendi, eo tamen nondum liqvere, an etiam ex ejusdem mente ad philosophiam practicam sit referenda. Esse enim multas scientias *ētīsīmūlū mīntīnū* scientias factivas, qvæ ad Philosophiam practicam referri non possint, ut artem sutoriam, sartoriam, fabri-lem. Sane ita est: si Logica sit scientia *mīntīnū*, non continuo & hoc liqvet, eam ad philosophiam practicam posse referri. Neq; nos id continuo volumus. Laborabamus paulò ante, ut & aliam qvandam scientiam præter Ethicam, Politicam & Oeconomicam ad philosophiam practicam pertinere ostenderemus, nimirum artem medicam. Hoc verò ostenso, & pro certo jam habito, esse ad Philosophiam *mīntīnū*, & aliam qvandam scientiam referen-  
dam,

dam, quæ eō vulgo non refertur, mīnus mīrum videbitur, si plu-  
res qvoq; scientiæ τομῆις ad eādēm Philosophiæ partem refe-  
rantur. Et Logicam qvidem vel præcipuè nos huc relatam veli-  
mus: propterea qvòd eximia illa est, eamq; propriam sibi habent  
iīdem illi homines, qui etiam Physicam, Mathesin, aliasq; Philo-  
sophiæ partes sibi proprias habere solent. Respiciendum omni-  
no est ad usum veterum: qvasq; scientias illi Philosophiæ nomi-  
ne comprehendērunt, eas omnes nobis qvoq; eodem nomine com-  
prehendere integrum erit. Neq; enim vocabula τῇ Φύσῃ, sed  
τῇ Θεῷ & τῇ Καθήκοντι hominum sunt. Jam verò notum est,  
Veteres cum Philosophiæ vocabulo usi sunt, eo ipso designasse  
nobilissimas scientias, & cuidam hominum generi, qvod & πεπι-  
δευμένον, doctum, eruditum vocant, quasi proprias, & inter alias  
qvidem ipsam qvoq; Logicam sive Dialecticam

XII. Quid Plato, antiquissimus & ipsi Aristotelī Κύρχον φίλος  
Philosophus voce Φιλόσοφος atq; adeò & Philosophiæ nomine  
comprehenderit, exposuit nobis Alcinous in cap. III. de doctrinâ  
Platonicâ. ἡ δὲ Φιλόσοφος Κρεδὴ, inquit, τῇ πλάτωνα ἐν τοῖσιν  
ἔοικεν εἶναι, τὸν τῇ θεῷ τῷ ὄντιν γνῶσθαι, τὸν τῇ περὶ τὸν καλῶν,  
ηγὸν εἰ αὐτῷ τῇ τῷ λόγῳ θεωρεῖσθαι. De Stoicis item prodidit Diog.  
Laertius in Zenonis vitâ, eos τῇ φιλοσοφίᾳ λόγου statuere τεμεροῦ-  
σιν τῷ αὐτῷ τῷ μέν τι φυσικῷ τῷ δὲ ιδεῖκῷ τῷ δὲ λογικῷ. Quidam  
eorundem, ut idemprodidit Laertius, Philosophiam animali simili-  
lem dixerunt, ossibus & nervis Logicen, carnibus Ethicen, animæ  
Physicen conferentes. Alii verò & aliis comparationibus fue-  
runt usi. Tullius qvoq; ubicunq; philosophiæ partes recenset,  
earum itidem tres facit. Vide modò Academicas & Tusculanas  
qvæstiones. In lib. V. de finibus ipsis Peripateticis qvoq; divisi-  
onem Philosophiæ in tres partes attribuit. Cæterum qvam par-  
tem secundam facit, eam in lib. I. de fin. appellat τομῆις. Qvæ  
appellatio, licet in Aristotelis scriptis vix reperiatur, ab Inter-  
pretibus Aristotelis tamen, & veteribus & recentioribus, mul-  
tū freqventata est.

XIII. Ita de antiquissimis hominibus, tum Græcis, tum Latinis, satis liquet, eos Philosophia nomine Logicam sive Dialecticam semper comprehendisse. Sic & Scholastici, quos vocamus, eandem disciplinam Philosophiae partibus annumerare nihil dubitarunt. Et inter alios illi quoque, qui primarii sunt, & à quibus diversæ disciplinæ sunt exortæ, Albertus, Thomas, & Scotus. Albertus quidem propterea sic statuit, quod Philosophia debeat propositum esse, cognoscere, quantum fieri ab homine potest, omnium rerum veritatem; ad veritatis cognitionem a. pertineat quoque rō nosse modum differendi. In eandem sententiam & Conimbricenses dicunt, Philosophia esse, non tantum rerum ipsarum notitiam philosophando obtinere, sed etiam, quo pacto philosophandum sit, cognoscere.

XIV. Nos quamvis τὴν ἀμφοῖν amplectamur, quod proximi isti dicunt, Logicam Philosophiae partem esse: ea tamen probandi ratio, quam Albertus init, nobis haud placet. Sic enim efficiam ego, sartoriam quoque ac futoriam Philosophiae partes esse, nec posse Philosophum dici, nisi eas quoque artes calleat. Nostra verò sententia, ut jam suprà indicavimus, hæc est, Logicam Philosophiae partibus annumerandam esse, propterea quod ipsa est inter eximia illa, quæ homines Philosophi, οἱ πειδευμένοι, docti, eruditæ sibi propria habent. Non idiotæ cogitant de demonstrationibus Mathematicis; sed illi quos Philosophos appellamus. Rursus non idiotæ cogitant de partibus corporum naturalium: sed id faciunt hi quos Philosophos appellamus. Sic & non idiotæ de enunciationibus, syllogismis, demonstrationibus cogitant, sed id rursus faciunt Philosophi.

XV. Dispiciamus quoque breviter de his quæ vulgo oggeri solent. Matth. Flacius initio operis Log. ita: *Logica instrumentum est, non pars Philosophiae. non n. Logica rerum cognitionē tradit, sed viam quandam & methodum ad adipiscendam rerum difficultum scientiam.* Vir doctissimus, ut appareat, ita habendum putat, quæcunq; disciplina non tradat rerum cognitionem, eam Philosophiae partem non esse: & quia in Logicā non tradatur rerum cognitio, eam philosophiae partibus annumerari non posse. Hic querere o-

pus

pus est, qvid per *res* intelligat, qvarum cognitio in Philosophia partibus tradatur: an scil. corpora duntaxat naturalia, qvæq; his per naturam insunt. Si ita intelligat, Ethica qvoq; & Politica in Philosophia partibus numeranda non erunt. Neq; enim in his res naturales considerantur, sed actiones hominum voluntariae. Cum verò absurdum hoc sit, Ethicam & Politicam in Philosophia partibus non numerari: major argumenti, isto modo intellecta, dignoscitur falsa esse. Si v. per *res*, qvarum cognitionem ad philosophiam pertinere dicit, actiones hominum quoque, & res contingentes intelligat: nego argumenti propositi minorem, & contendeo, in ipsâ Logicâ qvoq; cognitionem rerum esse.

XVI. Sed dicent, in Logicâ considerari modo vocabula, & qvæ ex his composita est, orationem, qvæ vel enunciatio sit, vel unius ex altero collectio. Illud igitur qvod dicunt, si maximè verum esset, in mundo tamen esset, qvod responderemus. Diceremus qvidem, ex numero rerum sive entium non esse, excludendam formationem orationis. Quemadmodum ex ethicis scimus, qvomodo actio recta sit edenda: ita ex Logicis scimus, qvomodo oratio sit formanda, qvæ vel enunciatio sit vel collectio unius ex altero: qvomodo syllogismus primæ figuræ, ejusq; primi modi sit formandus. Quemadmodum per Ethicam scimus facere, actiones scilicet: ita & per Logicam id scimus, orationem scilicet formare.

XVII. Est & majus qvippiam, o boni, qvod per Logicam scimus, nim. ipsas operationes mentis, qvarum oratio signum est, qvam rectissimè edere: enunciationem universalem internam facere, Syllogismum primæ figuræ internum facere. Nimirum cum taciti sedemus, & rectè unum ex alio colligimus, tum æqvæ actiones edimus, atq; tum facimus, cum alteri cupimus tribuere suum, cumq; reipsâ etiam tribuimus. Sed nostri Logici id ferè negligere solent, qvod nos de operationibus mentis diximus. Loquuntur ipsi, ubi de enunciatione agunt, non nisi de enunciatione externâ; & ubi de syllogismo agunt, non nisi de syllogismo externo. Non debebat ita, o boni. Agendum vel præcipue de internis erat, qvorum externa modò signa sunt. Veruntamen observare

fetvare licet, dum enunciatio externa consideratur, simul fieri, qvamvis non animadvententibus illis qui discunt, ut & interna enunciatio recte formari possit.

XVIII. Amplius & hoc addo, posse & veram operationum mentis contemplationem dari. Semper homines aliquid cogitamus: nec sine operationibus mentis vivere licet, si maximè velim. Oriuntur sàpe cogitationes nobis non animadvententibus. Ex quo intelligere licet, eas sic ferè se habere ut actiones naturales & necessarias. Et oriuntur quidem in nobis aliàs enunciationes internæ singulares: aliàs universales. Oriuntur aliàs negativæ: aliàs affirmativæ. Ubi igitur jam ortæ sunt, licet de illis ipsis cogitare, qvemadmodum de aliis actionibus naturalibus cogitare solemus. Licet eas in qvasdā partes tribuere, & cogitare, qvænam posterior pars sit, qvænam prior. Licet cogitare, si enunciationem internam universalem faciamus, eam discrepare ab enunciatione internâ particulari. Annon igitur cum sic cogitamus, revera contemplamur, qvemadmodum actiones naturales contemplari solemus?

XIX. Sed hic dicent, non Logici, sed Physici officium esse, mentis operationes considerare. Ita sane Crellius, & alii. Si ita est, o boni, cur tales considerationes quales demonstravi, in Physicis non instituuntur? Tantùm mentionem ibi facere soletis trium mentis operationum. Qvàm varia autem sit prima earum: qvàm varia qvoq; secunda, qvòd e. g. ea sit vel universalis, vel particularis, qvòd sit vel negativa vel affirmativa, qvòd sit vel finita, vel infinita, ad eam considerationem in Physicis nemo se demittit. Vel igitur in Physicis eam institui oportet: vel si prolixior est ea consideratio qvàm ut in Physicis institui possit, amandetur illa ad Logicam. Sic v. Logica satis habebit rerum, circa qvas occupetur. Neq; causandum amplius erit, Logicam non considerare res. Iste prædictus Flacius in lib. I. Log. cap. II. ὡς τὸν ἀληθέας ἀγιόθρος scripsit: Logicam non tam orationem hominis, qvàm rationem perficere: medium quodammodo obtinere inter disciplinas quæ in rebus, & inter artes quæ in verbis occupantur: sicuti & notiones & conceptus animi (qvos utiq; Logicus considerare debeat) medium obtineant locum inter res & verba seu vocabula rerum. Sunt & alia qvædam, qvæ nostræ sententiæ objici solent. Sed de his in ipsâ συγγνώμῃ dispiciemus.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730154335/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730154335/phys_0015)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730154335/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730154335/phys_0016)

DFG

ur, si plus  
em refe-  
tam veli-  
i habent  
q; Philo-  
m omni-  
æ nomi-  
ine com-  
vūσδ, sed  
tum est,  
signasse  
& πτω-  
iter alias

γλεον  
omine  
doctrinā  
cū τρισιν  
τη γλώσσα  
lit Diog.  
τριμερή  
Qvidam  
iali simi-  
i, animæ  
bus fue-  
censet,  
sculanas  
j; divisi-  
am par-  
Qvæ  
b Inter-  
is, mul-

Image Engineering Scan Reference Chart TE635 Serial No.

UTT

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

&lt;